

PIEN- | TISSIMI VIRI | DE AMORE DIALOGI TRES, | À | IOANNE CAROLO SARACENO | purissima, candidissimaq̄; Latinitate donati. | NEC NON AB EODEM ET SINGVLIS DIA- | logis argumenta sua præmissa, & marginales Annotatio- | nes suis quibusq; locis insertæ | fuerunt. CAROLO PERRENOTO | GRANVELLANO | Am- pliss. atq; Reuerendiss. Abbati Fauuerniensi, Consiliorumq; pri- | uatorum PHILIPPI Regis Hispaniarum Consi- | liario dignissimo, | IOANNES CAROLUS SARACENVS. (S. 331–336: Widmungs-Vorrede Saraceni an Carolo Perrenoto.) Zitiert als 1587. Die von F. Christian zitierte Passage auf S. 366. Seine Abschrift weist nur seltene und geringfügige Abweichungen in der Orthographie auf. Die Hervorhebungen stammen von ihm, ebenso eine vermehrte Zeichensetzung. Die Passage beginnt in 1587 mit „Vnde cum amor [...]“.

Cum AMOR post Ortum suum omnj ratione priuetur, cæcus depingitur, & quia pulchrum appetit, & ex Ratione pulchritudinem, bonitatem, & dignitatem amatæ personæ, discernente, tanquam ex matre, originem ducit, idcirco Veneris formosissimos oculos habentis, filius esse fingitur. Cupidinem insuper nudum faciunt, nam vehemens amor, propter maximos, atque impatibiles animj cruciatu, neque ratione dissimularj, neque prudentiâ occultarj potest: Puerum eum esse, prædicant: quia prudentiâ est destitutus, nec suj regimen prudentiæ committit: Alatus formatur, quia celerrimè in animos nostros sese insinuat, & eos seipsos<sup>a</sup> despicientes, vel â seipsis divisos, ad rem amatam visendam, maxima celeritate inducit: & propterea Euripides amantem jn alieno corpore vivere affirmat. Sagittas ipsj attribuunt: quia ê longinquo jaculatur, & COR ipsum tanquam proprium scopum, sibj feriendum proponit, cuius quidem rej, ea quoque ratio reddj potest: quia amoris & sagittæ vulnera inter sese quàm simillima existunt: ambo enim, os quidem exterius, habent angustum, verùm ad latitiores, profundioresque partes penetrare conspiciuntur: ambo difficilè quidem videntur: difficiliùs autem<sup>b</sup> [113v] curantur, difficillimè verò sanantur: ambo[,]<sup>c</sup> quod atinet ad speciem exteriorem, nullius videntur momentj, reipsâ autem jnterius gravissima existunt, & plerumque<sup>d</sup> in aliquod immedicabile malum convertuntur: & sicut vulnus sagittâ inflictum, etsj arcus quj eam emisit, frangatur, vel sagittarius ipse, medius dirumpatur, non tamen propterea sanarj potest: jta nullum genus voluptatum, vel â fortunâ, vel ab amatâ personâ propter amantis consolationem, atque recreationem exhibitarum: neque quod maius est, inevitabilis Mors personæ ipsius amatæ, satis aptum aut conveniens remedium esse videtur, ad vulnus â vero & vehementj illatum amore, vel perfectè curandum vel omninò consolidandum. Haud igitur tibj mirum videatur, si perfectus amor, cùm Rationis filius existat, ab ipsa tamen, nec dirigatur nec ordinetur.

Ex Leone Hebræo, Dialogo 1<sup>o</sup> de Amore.

**T a** Folgt eine Lücke für das Tagesdatum. Am Briefrand eine vielleicht als Monatsdatum Dezember zu deutende Notiz, die aber aus inhaltlichen Gründen nicht den vorliegenden Briefdatieren kann: X B<sup>r</sup>

**T I** Orthographische und Zeichensetzungs-Varianten in L werden hier übergangen, wenn sie keinen Einfluß auf Lautstand oder mitgeteilten Sinn haben. – a L gefhüret – b V. 3 in L: Besondern fertig stets bey wohlhart und gefhar – c V. 4 in L: Jn dessen diensten auch